nosque sollicitos faciat et circumspectos ut in timore et tremore nostram ipsorum salu-
tem operemur. Ecce in cruce salus mea tibi ut ei visibiliter inhereamus. Verbum enim crucis
ut ait apostolus pereuntibus quidem stultitia est his autem qui salvi fiunt id est nobis dei virtus
est. Ipsa est scutum quo accingimur ut eius contra inimica impetus quasi defensura hostium
tela expellant. Sic ergo circumgerimus eam non timere nocturnum. Et adversus pu-
sillanimitatem que de afflictione carnis procedit ut id quod sub nobis est cor-
pus castigare velit studeamus subire servitutem. Si quis vero nobis in fronte
maledixerit si quis in capite mala suadere conetur in die velut sagitta et a sinistris
est in adulationibus sinu sinistro eorum expediat. Et si adulator si quis confiden-
tius aliud venenum propinat furtive detractionis et odium seminare conetur
si denique nequam aliquid tamquam iustum persuadere temptat a dextris michi est
iste sed iudas eius osculo me prodit. Et dextro cornu crucis negocium peram-
bulans in tenebris necesse est propulsare. Sed et contra demonium meridianum super-
bie scilicet spiritus qui nimirum in maiori splendore virtutum acrius insurgere solet
hec autem quam preciosa sit super nobis intimare curavimus. Initium quippe omnis
peccati et causa totius perditionis superbia est. Propterea quisquis es qui salutem
tuam operari studes adversus hanc super caput crucis cornu hec memento
ut non eleveris in superbiam non exaltetur cor tuum nec ambules in magnis
atque in mirabilibus super te sed tela ea que de sublimi veniunt supereminens
capiti tuo cornu crucis excipiat. Sane hec salus est cuius salutis pater et rex
in titulo inscribitur quia solus qui se humiliat salvari et exaltari meretur. Sic
ut breviter expediam quatuor hec cornua sunt continentia patientia prudentia
et humilitas. Felix anima que in hac cruce gloriatur in hac cruce triumphat tu-
ut perseveret in ea et nullis valeat temptationibus deici. Occurrit ergo quasi
in hac cruce est occurrit tibi beatus Andreas dominus et magister suus ne pereat cum
de cruce deponi. Quid enim malignus ille non audebat quid non presumat in-
pius attemptare quod ergo manibus de discipulo hec videtur longius
fuit exprimere erat de Christo. In utroque tamen scelere perversitatis ductus motus et
confusus abscessit ut abeat et silere et a nobis eo vincente qui et ipse et in
discipulo triumphavit. Faciat ipse ut meminerimus et nos in hac nostra gloriemur cru-
ce penitentie qua pro ipso more tulimus fideliter consummare qui est super omnia deus
et benedictus in secula amen || In obitu venerabilis patris Humberti. Sermo lxi.
Humbertus famulus dei mortuus est. Dicetur famula servus fidelis spi-
ritus que nocte preterita inter manus nostras expiravit tamquam unus
ex . . . sex per hoc triduum fatigatus cum mors ei demol-
ta est inter fratres suos ut sanaret sanguinem que sicut tempora fecit quod po-
tuit occidit mente et est extendita est in corde. Sic sepius a nobis dulcem
amicum prudentem consiliarium auxiliarium fortem nec michi nec nobis pepercit
insatiabilis homicida michi autem nimis fit tamen sepius amara mors o bestia
crudelis o amaritudo amarissima o terror et horror filiorum Adam quid fe-
cisti? Occidisti possedisti. Sed quid? Carnem utique solam. Alie enim non habes

de [illegible] morte

quod sicut cervus volat ad fontem suum quem tam ardenter concupierat tam fortis fue
rat omnibus diebus vite sue et ipsum tempus quod vix vis habere auferret ante annos tu novis
sima tunica destruxisset absorbuit in victoria. Reddes utique reddes aliquod tempus
illud quod ad sepulturam adductus tui tantis hesterna die sputis et exsecrationibus ac
multiplici sordium squalore repleverant lenibus et laudibus quod et hic tuis la
queis arctissimis. Veniet unigenitus patris cum potestate magna et maiestate
hubertum querere et illud idem reddet suo tempore configuratum corpori claritatis
sue. Tu autem quod dicitur prophetice quod in ydemia scriptum est in novissimo dictum studeas re
minisci sed huberto tenerum videre in perpetuum mortuus est. Evomuit quod prius
marina bestia que deglutiverat et tu hubertum reddes quem vidimus illo tuo
vastissimo ventre penitus glutisse. De verbo fiet fructuum velut sermo
nem et cum forma stature iste dei servus exhibuit que et longam fecit et magnam
longam quantum ad longinquitatem vite magnam quantum ad vite sublimitatem nec ex
tremus amplius ex ore aperire sibi retinuistis sermonem eius si vestri vestris
illum cordibus impressistis. Quinquaginta annos et eo amplius vixit in servitutis
illum cui servire regnare est quia a puerilibus annis locatus est in sanctuario dei. No
bisque viginti annis ab ipso pene principio monasterii huius quiete vixit est sine se
lus sine querela sed et cum gratia cuius ex hoc memoria tenduntur erit voluisset
gratiam que ventura est sicut advena et peregrinus promisit viam et vitam
istam. quanto minus potuit de mundi rebus accipiens utpote sciens quia non erat de
hoc mundo nec habebat hic manentem civitatem sicut nec pater suus sed in anteriora
extentus sequebatur ad palmam superne vocationis. Nichil habet mundus quod in re
clamet de eo vel in eo quia nec mundus et pauper nec ipse mundo quanto prius po
tuit de substantia eius accepit et minus accepisset si non obedientia coegisset
victum et vestitum habens his contentus fuit non ad superfluitatem sed ad necessi
tatem nisi quippiam quemquam minime superfluitatem esse sepius audiebatur. Ante hos
paucos dies sibi memini dum adloquerer in adventu dicebat se monasterii
huius prebendarium esse et tamquam intelligentibus loquens sicut palma in domo dei
erat enim vere mitis et humilis corde cum in ceteris floreret virtutibus gratia
tamen mansuetudinis specialiter emicabat ideo sese amabilem et affabilem omnibus
exhibebat sicut erat amabilis valde. Veritatem in hiis omnibus quam cunctis
fuerit oris eius et lingue omnes vos plenissime cognovistis qui tam diu vidis
tis eius conversationem et sermonem eius audistis. Quis unquam ex ore eius se
cularium detractionis verbum scurrilitatis sermonem glorie vanitatis audivit
quis eum vel alios inducentem vel inducentibus consentientem aliquando deprehendit quis
eum loquentem unquam audire potuit prout quis non timuit ab eo si talia fecit
loquentem audivit. Nimium sollicite custodiebat vias suas ut non delinqueret
in lingua sua sciens quia qui in verbo non offendit hic perfectus est vir. Longe
a te huberte ve illud evangelicum ve vobis qui ridetis nunc quia flebitis
nunquid aliquis virum eum ridentem etiam inter multos ridentes invenit
serenabat quidem vultum suum assidentium gratia ne fieret onerosus sed ei

suum integrum sibi relictis non admisit. Porro quanti fervoris in opere dei diebus ac noctibus fuerit non solum in dictis sed etiam admirantibus est usque ad diem mortis sue. Cum enim fere iam ad decrepitam pervenisset etatem per incommoda senectutis etiam tot et tantis infirmitatibus quas multi vestrum non ignorant lassatus atque quassatus erat tamen ut de vestra ancora(?) et cede nesciens infirmitatem de magis in frigoribus et caloribus per montes et valles ascendens atque descendens iuvenum laborem perstringebat ita ut admirationi esset omnibus et stupori. Si enim quandoque propter multitudinem negotiorum consilii generalis retinuissent tristis perseverabat et nubilus donec vim(?) consuetudini redderetur. Parcissime tamen se lepidulis(?) vigilias quas tamen non cito anticipabat. Imo nocturnas horas psallendo chorum nemus est defuisse nec nisi ex necessitate ut ex instanti cuiusque morbis habens infirmitas superveniret. Porro in refectorio vix cibus alius nonnisi si quod forte aliud apponeretur aut non accipiebat aut tam modeste accipiebat ut super hac universitate neminem sepius molestaret. Deinceps aqua bibere semper si non totis viribus restitissent. Vinum si quando bibere cogeretur aut vinum pro colore potius quam sapore ad illud aque minimis obruebat. Vix unquam obedientia compellente infinito cum servitium vix cum intrasset tenere potuit. Fateor nimis obedientiam in hac parte quia auctoritatis sue mole me premebat. Laudo cum in hac non laudo quia sicut vos satis nostis nimium in huiusmodi pertinet distinctius. Credo quod si quid triste sensit propter hoc sensit quia minus nobis consensit de necessitate corporis sui. Sed qualis erat in consiliis? Parvus utique et discretus. Quod ego tunc melius novi propter sepius tetigi partis eius non solum autem novi hoc. Novit et universitas vestra cuius denique multitudine ac magnitudine temptationum pressus non audivit ab ore eius et invenit temptationis et curationis remedium. Ita enim pertrahebat omnes angelos consiliis infirmantes ut credi posset qui confidantur eum vidisse omnibus intellexisse. Quantum autem caritatis erat sese induceret visceribus pietatis ut omnes excusaret. Pro omnibus intercederet. Nec factibus illis pro quibus legebat non personarum acceptor sed necessitatum erat ergo humilis corde dulcis sermone strenuus opere fervens caritate in commisso fidelis. In se circumspectus et providens. Compositus erat super omnes homines quos vidimus in diebus istis viam et eam perseverans omni tempore et omni hora plene in semitis domini dum christi posuit vestigia nec retraxit pedem donec cursum plene consummaret. Ille fuit pauper pauper etiam iste fuit. Iacuit ille in laboribus et hic in laboribus multis. Crucifixus est ille et iste multis et magnis crucibus affixus stigmata domini tulit in corpore suo adimplens ea que deerant passionum christi etiam in carne sua. Resurrexit ille et iste resurget. Ille ascendit in celum et iste credimus ascensurus. Ascensurus plane cum rex glorie post nos descendet sicut prius ascenderat ut metris sicut potentiam sic etiam non minoris sit excellentie descendere pro acta quam pro acta ascendisse sic enim olim angeli predixerunt. Hic Jhesus qui assumptus est a vobis in celum sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in celum. || Ne laudaveris hominem in vita sua

ut scriptum pro eo quod est Serum laudatio nisi post mortem. Hoc et ego
studiose servavi quamdiu adhuc viveret, in huiusmodi non aperui os meum, ne forte
possem vel ego adulationis notari vel ille aliquam incurrere vanitatis ex hoc.
Sine metu iam nunc loquor, nec ego eum video et ille forsitan me non audit, sed
et si audiat non movetur hominum verbis securus atque felicius inherens verbo
dei. Nichil proficiet inimicus in eo et vanitatis suggestor non apponet
nocere ei. Et vere quam iam securus es pater dulcissime. Fons ille pieta
tisque tanto ardore animi sitiebas certe inventus est et illam divine pie
tatis abyssum atque memoriam habundantie suavitatis tam devote eructa
re solebas. Quis enim tam devotus perciperet (?) pietatis divine, quis tam
ne (?) pietatis commendator tam studiosus, quis ut iustitie rei tam affectuosus
amator erat? Non enim aliquando verba locutus est in quibus non vera pi
etas resplenderet, in quibus non sancta dei pietas audiretur. Non ergo super
te doleo cum desiderium anime tue tribuerit deus. Michi potius adempto do
leo fidele consilium, auxilium grande, unum virum unanimem. Heu heu solum me
meum. In me hec omnia mala evenerunt, in me transierunt ire tue domine, et
et terrores tui conturbaverunt me. Elongasti a me amicum et proximum et
notos meos a miseria. Extrahens me in miseriis reliquisti. Abstulisti michi
germanos carne, germaniores spiritu, et in rebus negotiis et in secularibus
secundum te sapientes. Sustulisti hinc alios atque alios qui omnes mei portabant
onus grande quod michi imposuisti. Unus michi et prope solus Humbertus
superest e tantis veteranis meis, eo securior animus quo antiquior, et hunc
tulisti quia tuus erat. Ego solus ad verbera relinquor, ego morior in singu
lis et omnes fluctus quos induxisti super me veniunt, quasi flagellis erudias
semel et non misertum. Heu heu tot et tantis meritis servus frequentissime non co
rripior sermonibus sanctis, sed qui cepit ipse me conterat, et hec michi conso
latio sit, quod affligens dolore non parcat. Ego in flagella paratus sum, si forte pi
us pater in tibi sancta flagella convertet. Inter et verba mea non murmure plena
sunt sed dolore. Non ploro Humbertum meum quia ille plorandus est qui trans
ivit est ad mensam divitis, sed super me et super vos ploro, super domum istam, super
ceteros fratres qui omnes ab eius ore ac consilio expendebant. Sedet salva
tor ante faciem tuam laqueum suum (?) ... mulieres que cum a Ga
lilea secute fuerant super se lamentantes respiciens conversus ad eas ait: Filie
Iherusalem, nolite flere super me sed super vos ipsas flete et super filios vestros. Eorum
et que de me sunt finem habent. Que videns michi preparari temporalia sunt, que
non videntur eterna. Si temporalia sunt transitoria sunt, si transitoria sunt et morta
lia sunt et transeunt vel moriendi argumentum hoc solum est quia videri potu
erunt. Temporalia fuerunt que in Humberti morte aspeximus, sed iam optinet
gaudium et letitiam in perpetuas eternitates. Non est ergo lugendus nobis cui
nec luctus nec dolor est, sed nec pro nobis quibus ille sublatus est inmu
munitorum (?) magis agimus gratias quia tam diu concessus est nobis quandoque

ut eger arbitror. Decennium iam decursum est quo vixit nisi nobiscum pro
nobis. Atque hic timor meus ne ideo translatus sit quia non eramus iam digni
consortio illius. Quis scit tamen si propterea sublatus sit ut nos suis intercessioni-
bus protegat apud deum. Utinam ita sit. Si enim tante caritatis erat cum
esset nobiscum ut omnia que ad corporalem utilitatem spectant libenter michi ipsi
sibi cederet, quanto magis nunc cum ille summe caritati que deus est inheret ma-
iorem habet in me gerit caritatem. Sed forsitan nunc de me et de conversa-
tione mea noverit plenius veritatem nec ut solebat sed diu erit indigna-
tus. Et si etiam propter peccata nostra abstulit eum deus, utinam ille ipse optineat ut no-
bis hoc ipsum misericorditer relaxetur ne penam super penam sustineamus.
|| De reliquo fratres dico vobis si sequimini vestigia eius non fit finale in vanis
cogitationibus et otiosis sermonibus et vanis sensualitatibus laboravimus quia in
hiis multum perdimus et de vita nostra et de tempore viro, volat irrevocabile tempus.
Et dum creditis minuere vos penam istam minimam, incurretis ampliorem. Illud enim
scitote quia post hanc vitam in purgatoriis locis centuplicatur que fuerint hic
neglecta, reddentur usque ad novissimum quadrantem. Hoc ergo quia durum est
homini dissoluto apprehendere disciplinam, verboso silentium pati, vagari solito
stabilem permanere, sed durius et multo durius erit futuras illas mole-
stias tollerare. Et homo iste qui hic sepultus est multa in principio sicut ipse
cognovistis sui huiusmodi temptamenta sustinuit, sed cum multo labore
pugnavit et vicit. Et sicut hic ei durum erat pugnare in temptationibus sic po-
stea sic ei non durius esset ad illas ineptias revolare, quia bona consuetudo
venerat in naturam. Exercete vos in doctrina istius et attendite formam illam quam
audistis in eo et vidistis ut ad eum perveniatis ad quem ipse pervenit qui est bene-
dictus in secula. || In dedicatione ecclesie. Sermo lxiiii.

Festivitas hodierna fratres tanto nobis debet esse devotior quanto fami-
liarior est. Nam ceteras quidem solempnitates cum ecclesiis aliis habemus
communes, hec vero sic nobis est propria ut nisi a nobis aut
vel a nemine celebretur. Nostra est quia de ecclesia nostra, magis autem nostra quia de
nobis ipsis. Miramini forsitan et erubescitis celebrari festum de vobis. Sed nolite
fieri sicut equus et mulus quibus non est intellectus. Quidnam lapides isti po-
tuerunt sanctitatis habere ut eorum solempnia celebremus. Habent utique san-
ctitatem sed propter corpora vestra. An vero fratres corpora vestra sancta esse quis dubitet
que templa spiritus sancti sunt ut sciat unusquisque vas suum possidere in sanctifica-
tione. Itaque sancte sunt anime propter inhabitantem spiritum dei in vobis, sancta sunt
corpora propter animas, sancta est etiam propter corpora domus. Proinde certe corrupti-
bili tenebatur in carne et corpore pro eo quod et gemitu clamet adeleum adam
sit illius qui dicebat Custodi animam meam quoniam sanctus sum. Mirabilis pla-
ne deus in sanctis suis non modo in celestibus sedentibus sed in terrenis vasculis sanctos habet
et in utrisque mirabilis est, illos quidem beatificans istos sanctificans. Ab expe-
rimento queritis aliquid de qua loquimur sanctitatis et sanctorum vobis sanctorum mira